

Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollem-
nitas hodie in conspectu tue maiestatis. re-
veratur. **D**ne deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tue rem-
aneamus auxilio **et** eundem **x**p'm **d**nm **n**rm.
Ant igitur oblationem servitutis nostrae
et civitate familie tue. **Q**uesumus **d**ne. ut pla-
nas accipias. dies **q**ue nostrorum in tua pace di-
cas. atq; ab eterna damnatione nos tri-
plex tuorum iubeas grege numerari **p**
dnm **n**rm **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus **q**s. benedicta **et** assumpta **et**
rationabile. acceptabile **q**ue face-
ris. ut nobis. corpus **et** sanguis **et**
delectissimi filij tui **d**ni nostri ihu **x**p'isti

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Teil

47.
ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ
IN NATALICHRI-
STI SERVATORIS,

à
Magnifico Dn. Prorectore HENRICO AN-
DREA CRANIO V.I.D. & professo-
re publico propositum

In illustri academia Iulia.



HELMAESTADI,
Ex Typographeio IACOBI LUCEII.

—
c l o l o c x i i i .

THESE
PRAESENTATAE
PRAESIDI

Magistro Dni Johanne Henrico Ans
D. B. A. N. S. V. M. D. & proleto
in publico propo
Julia

HERMANNSTADT
Ex Typographia Jacobi Jacobi
MDCCLXXIII





PRORECTOR ACADEMIÆ
IULIÆ CIVIBVS
ACADEMICIS
S. D.



Rastinà luce, sacrosancta per totum orbem dispersa Ecclesia, magna celebritate recolit memoriam natiuitatis non terreni cuiusdam Regis aut Monarchæ, sed eius, qui, teste epist. ad Hebræos, secula condidit, & omnia portat verbo potentia suæ. Huius natalem cum admiratione considerans Leo Magnus homilia VI. In natiuitate Domini ita scribit: Qui omnes naturas condidit, eius (Mariæ) est factus filius, quam creauit. Hodiè verbum Dei carne apparuit vestitum, & quod nunquam fuit humanis oculis visibile, cœpit etiam manibus esse tractabile. Hodiè genitum in nostræ carnis animæq; substantia Saluatorem angelicis vocibus didicere pastores, & apud dominicorum præsules gregum hodiè euangelizandi forma præcondita est, vt nos quoque cum cœlestis militia dicamus exercitu: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Etsi autem certò non constat, quo seculo, & à quo hoc festum institutum sit, illud tamen apertum est, quod à tempore D. Chrysostomi magna cum solennitate ac deuotione ab Ecclesijs Orientalibus celebratum sit: siquidem non modo illius, sed & Grego-

*Orig. Festi,
Hic in - joy
excellat.*

Gregorij Nazianzeni, Nysseni, & Basilij Magni de eodem
 eruditæ & pietatis plenæ homiliae ad populum Christianum
 habitæ adhuc extant. Meminit quoq; huius festi ipse Chry-
 sostomus in oratione quam in laudem B. Philogonij episcopi ad
 populum Antiochenum habuit, in qua illud appellat πασῶν ἑορ-
τῶν μητρόπολιν. Sed cum locus sit perillustris & cognitu sci-
 tuq; dignissimus, non abs re erit, totum ascribere. Sic igitur
 ibidem Chrysostomus: Καὶ γὰρ ἑορτὴ μέλλει προσηλαύνειν, ἢ πασῶν
 ἑορτῶν σεμνοτάτη καὶ Φερικωδέστατη, ἢ ὅσα ἂν τις ἀμάρτοι, μητρόπολιν
 πασῶν τῶν ἑορτῶν προσηλαύνειν. τίς δὲ ὄσιν αὕτη; ἢ κατὰ σάρκα τὸ Χρι-
 στῶ ἡγήνησις; ἀπὸ γὰρ ταύτης τὰ Θεοφάνια, καὶ τὸ πάχα τὸ ἱερόν, καὶ ἡ
 ἀνάληψις, καὶ ἡ πεντηκοστὴ τὴν δέσχη καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἔλαβον. εἰ γὰρ
 μὴ ἐτέχθη κατὰ σάρκα ὁ Χριστός, ὅσα ἂν ἐβαπτίσθη, ὅπερ ὄσιν τὰ Θεο-
 φάνια; ὅσα ἂν ἐσαυρώθη, ὅπερ ὄσιν τὸ πάχα. ὅσα ἂν τὸ πνεῦμα κατέ-
 πεμψεν, ὅπερ ὄσιν ἡ πεντηκοστὴ. ἄσε ἐντεῦθεν, ὡσπερ ἀπὸ τινὸς πηγῆς πο-
 ταμοὶ διάφοροι ῥυέντες, αὐταὶ ἐτέχθησαν ἡμῖν αἱ ἑορταί. ἔκ τούτου δὲ
 μόνον δικαία ταύτης ἂν εἴη τῆς προσηλαύνειν ἢ ἡμέρα, ἀλλ'
 ὅτι καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ἡρόμλον, τῶν ἄλλων ἀπάντων πολὺ Φερικωδέστερόν
 ὄσιν. (τὸν μὲν γὰρ ἀνθρώπου ἡρόμλον τὸν Χριστὸν ἀποθανεῖν, τῆς ἀκολο-
 γίας λοιπὸν ἦν. εἰ γὰρ καὶ ἀμαρτίαν ὅσα ἐποίησεν. ἀλλὰ θνητὸν σῶμα
 ἀνέλαβεν. καὶ ἦν μὲν καὶ τούτου θαυμαστόν. τὸν δὲ Θεὸν ὄντα ἀνθρώπου
 θελήσαι ἡρέσθαι καὶ ἀναχέσθαι καταβῆναι τοσούτον; ὅσον ἐσθὲ διάνοια
 δέξασθαι δύναται, τούτου ὄσιν τὸ Φερικωδέστατον καὶ ἐκπλήξεως γέμον.)
 Quanto verò cum desiderio illam salutis diem (ita Paulus na-
 tiuitatem Christi appellat) Ecclesia V. T. inde vsq; à mundi
 exordio, expectarit, hisce diebus in templis ex Patriarcha-
 rum historijs & Prophetarum monumentis cognoscetis. Quo-
 circa tantum vnicum exemplum adducam, Abrahami, de
 quo Saluator ipse testatur, quod præ magno desiderio exulta-
 uerit

Desiderium
 huius diei
 sub 4. 5.

uerit videre diem, quo ipse in carne appariturus esset, quem cum non oculis corporis, quod haud dubiè vnicè in votis habuit, sed cordis, hoc est spiritu videret, magno perfusus est gaudio: quanto magis nos letari, ac nobisipsis gratulari debemus, qui illo tempore nati sumus, quo Saluator ille mundi dudum venit, omniaq; Prophetarum vaticinia de se facta impleuit: Id sanè nullo non tempore, cum primis autem hisce diebus, tum publicè cum tota Ecclesia, tum domi nostrae facere debemus. Vt autem ad hoc spirituale gaudium magis magisq; excitemur, operæ pretium est, vt quàm diligentissimè consideremus, quàm ingens miraculum ac mysterium sit incarnatio seu natiuitas Domini nostri, quodq;, vt Leo homilia II. in natiuitatem Domini, inquit, omnia miracula, omnemq; intelligentiæ excedit mensuram. Neq; verò hominum intelligentiam, sed & angelorum superat. Hi enim hoc magnum mysterium, antequam factum fuit, non modo prorsus ignorarunt, verùm etiam cum iam factum esset, summa cum admiratione ac veluti stupore aspexerunt, quod D. Paulus innuere videtur, cum ait: Deum incarnatum conspectum fuisse ab angelis. Petrus verò manifestius hoc indicat dicens: eos desiderasse $\epsilon\gamma\alpha\rho\upsilon\psi\alpha\iota$, hoc est, illud penitus introspicere & intelligere. Quomodo verò Christi natiuitatem vnus angelorum de cælo missus pastoribus annunciarit, moxq; cum magna eorundem multitudine recens natum Saluatorem dulci musica exceperit, Deoq; pro tanto beneficio, non sibi sed hominibus præstato, gratias egerit, ijsq; veluti gratulatus fuerit,

In curia Sol.
ingens Myst.

rit, & cum magno iubilo clara & articulata voce: Gloria in
excelsis cecinerit, ex historia euangelica, ab Euangelista Lu-
ca descripta, notum est. Vnde patet, quod non solum Angeli in
ministerium eorum, qui æternæ salutis futuri sunt hæredes,
à Deo emittantur, sicuti testatur epistola ad Hebræos, ve-
rùm etiam salutis humanæ cupidissimi sint, sibiq; quasi gra-
tulentur, si homines consortes æternæ felicitatis & beatitu-
dinis videant. Cum itaq; illi, quibus natiuitas Christi nil
quicquam prodest, & qui eâ, cum beata vita fruuntur, non
indigent, haud dubiò eandem conditionem cum illa, quæ apud
Esaiam cap. 6. habetur, identidem repetant, & adhuc pro
redemptione generis humani Deo gratias agant, quid nos
facere oportebit? nonne cum Christi natiuitas, vt cum Da-
mascono loquar, propter nos, & secundum nos, & super nos
facta, nostrum gaudium sit, & quidem, vt angeli verbis v-
tar, μεγάλη χαρῆς, multò magis nos decebit, vt eius nomine
letemur, & nobis ipsis gratulemur, atq; ad imitationem eo-
rum in honorem Dei & nostram consolationem illud G L O-
R I A canamus, totiq; Trinitati pro tam ineffabili beneficio
gratias agamus sempiternas, ne nostra ἀχαριστία eius redda-
mur indigni, & sic æterna vita ac salute priuemur. Nemo
verò sibi persuadeat, gratitudinem quam Deo debemus tan-
tummodo consistere in motu labiorum, officioq; oris. hanc sa-
nè hostiam vt Deo offeramus, nos monet autor epistolæ ad
Hebræos: sed si adsit cor pænitere nescium, frustranei sunt
isti labiorum fructus, Deumq; magis offendunt quàm pla-
cant

Notandum
officium


cant, teste Salvatore, apud Matthæum de peruerso Iudæorum
cultu sic conquerente: Appropinquat mihi hic populus ore
suo, & labijs me honorat: cæterùm cor eorum procul à me
abest. Qui itaq; ita viuunt, vt vitijs indulgeant, & peccata
peccatis cumulent, ne quidem nomen Christiani tueri pos-
sunt. Frustrà, inquit Leo, sermone V. in natiuitatē Domini
appellamur Christiani, si imitatores non simus Christi, qui
ideò se viam dixit esse, vt conuersatio magistri, forma esset
discipuli, & illam humilitatem eligeret seruus, quam secta-
tus est Dominus. Quare omninò necessarium est (ijsdem
Doctōris verbis vtor) vt summa sollicitudine præcaueant
Christiani, ne diabolicis iterum capiantur insidijs, & eisdem
rursus, quibus renunciauerant, erroribus implicentur: Non
enim desinit hostis antiquus, transfigurans se in angelum lu-
cis deceptionum laqueos vbiq; prætere, & vt quoquo mo-
do fidem credentium corrumpat, instare. Nouit, cui adhi-
beat æstus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui appo-
nat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ. Nouit,
quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu
opprimat, quem admiratione seducat. Omnium discutit con-
suetudinem, ventilat curas, scrutatur affectus: & ibi causas
quærit nocendi, vbi quemq; viderit studiosius occupari. Ha-
bet enim multos ex eis, quos tenacius obligauit, aptos suis ar-
tibus, quorum ad alios decipiendos & ingenijs vtatur & lin-
guis. Hanc sancti viri salutarem admonitionem diligen-
ter perpendant studiosi adolescentes, hisce præsertim ferijs,
quibus malignus ille spiritus maximè occupatus esse solet, &
à fœdis & plusquam belluinis ingurgitationibus, nocturnis
discursationibus, & vociferationibus ac digladiationibus,
quæ

111. *quæ ne quidem in milite extra prælium feruntur, Musarum
Verò, quæ pacis & quietis amantes sunt, cultores quàm ma-
ximè dedecent, omnibus modis sibi caueant, ne sibiipsis
alijsq; damna accersant, & in vitæ animæq; periculum conij-
ciant. Quod restat cum æquum sit, ut, qui Euangelium no-
bis annunciant, de Euangelio viuant (hæc Pauli verba esse
scitis) requirit quoq; à nobis gratitudo erga Deum, ut in ipsos
munifici ac liberales simus, eoq; pietatem nobis cordi esse te-
stemur. Hoc omnes veræ pietatis studiosos facturos esse
confidimus. P. P. Helmstadij XXIV.*

Decembris, Anno salutis

clv l^o cXII.

F I N I S.




V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumis pro ecclesia tua sancta catholica
innumis custodie. adiuuare. et regere
innumis toto orbe terrarum. una cum familia tua
innumis. Rege. innumis **S** innumis nostro **S** et omni
innumis orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumis. **M** innumis dñe famulorum famularum
innumis tuarum. **S** et omni circumstantium quorum
innumis fides cognita est. et nota deuotio pro quibus
innumis tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumis sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumis ratione animarum suarum. pro spe salutis. et
innumis incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumis eterno deo uiuis et uero **O** innumis





AMMA
LI CHRI-
ATORIS,

ore HENRICO AN-
. I. D. & professo-
ropositum
ademia Iulia.



STADI,
IACOBI LVCII.
cXIII.

